

Aureum domini Johānis

Fabri natione Galli utriusq; censure do/
ctoris famatissimi ac expetēde breuitatis Fabricatoris opimi in Jus/
stinianum codicem Breuiarium multis elucubratum ac castigatū vi/
gilijs. Ad quod practicozum turme certatim confugiunt vt hauriant
ab eo fidelissima Judicialis strepitus ac practicozine eruditionis do/
cumenta ex quibus ipsemet testante Lac z melvbertim fluere dicuntur
Una cum tabula seu copiosiori repertorio alphabetico materias om-
nes z splendore z grauitatis pondere decoratas ibidē reportans pro-
tinus iudicante. Cum Torturarum ac questionum insigni repetitione
Necnon de Insignijs z Armis Bartholi tractatu exquisitissimo Fe-
liciter incipit.

J. Res

29,396

*Bibliothèque
de l'École de Droit*

Vendatur parochijs a Francisco
Regnault In vico diui Jacobi / sub in/
tersignio diui claudij commozante.

Mathens Quadrigarius in iure licen-
tius ac sacrorum canonum in Parrhisiensi gymnasio ordinari⁹ in
serpēs scholę Parrhisiensi reliquisq; iuris studiosis. Salutē. P. D.



Cum nuper mihi iuris seduli

sectatores Dñi Joannis fabri in volumen codi-
cis cōmentarios opus p facto nō minus vtile q̄
compendiosum bibliopole recognoscēdos obtu-
lissent (et si grauis puincia videre) amore tamē
publice vtilitatis quā priuato pmodo antepōnē
dam ex iuriperitorū doctrina semp duxi. de sūpro
stilo ptractisq; vndiquaq; varijs exēplarib⁹ /iaz
... menta lue ita sū absterrit⁹

fa. pmen
datio,

testantur) latent. viro inter litteras atq; a respōdentib⁹
note fieri non soleant / quas tamen sepius refricat ac velut sibi tritissimas
enodauit : tam solerti viro nobis non minus gloriandum q̄ aut
Bartholo aut Baldo ita: idq; a seuerare ausim vel vnus Jasonis
mayni cesaręe academie nostra tempestate primarij locupletissimo te
stimonio: qui eum nunq; sine honoris p̄fatione nominet: modo iuris

parentē/aquilā perspicacissimā: se gū lumē alijq; insignibus laudum **Do. Jo.**
 cumulis extollēs: idēq; reliqui fere oēs trā salpini: quib; ipsius opa ex **fabri; pme**
 tpe intueri licuit rarū quidē italis nostratū gloriā/aut laudes vltraq; **atione.**
 deceat predicare: imo vel debitas saltē expromere ita sibi creptum ar
 bitrantur q; quid honoris nris attribuit: rebusq; (vt fertur) aliorū o-
 pimis marcescunt. Stimulus michi aliunde rigidior: subdebat: nichil **Operis**
 esse nise etatis imbecillitati cōmodius/ q; explosa veterū interpretū lō **breuitas**
 ga amba;e/ grauiq; comitatu: z absolutā z succinctā in hoc presertim **pmedat.**
 apprime necessario codicis volumine interpretatiōe: que z studiosorū
 lat eri domi semp hercat/ z peregrinātes leuis comes sequat pera sinu
 ve: aut equo mariano contēta: cū Senecę iudicio non contēnendo **Seneca.**
 mentia videat in tanta tps egestate superuacua adijcere/ ac sarcia po
 rius q; subsidiū. Scipio itaq; africanus xenophontis pedā elabora-
 tum z cōpendiosum opus nūq; a sevt veteres tradunt hystoriorū graphi
 dimittebat. **Barcus** vero tullii ille patrie patēs cū imperaret eādē se
 totam legendo attriuisse vt semp in manibus habitā pfitetur **hincz**
Trogus eiusq; iterpres iustinus: luci; florū atq; alij nō pauci magnā
 sibi a pud posteros gloriā conlarunt ex ingēti annaliū: atq; cosmogra
 phorū equoze breuituscula quedā epythomata ac veluti florū corpu-
 sculū deligētes. **lhis** itaq; aculeis actus/ incitamenti concitat; precī
 busq; exortatus multorū: exēplaria non pauca vnū ex **Andegauēsi** bi-
 blioteca: aliq; multifariā exquisiuit: eis collatis p viribus insudauit q; **labor re**
 deerāt suggerere/ euerfa reformare/ superflua expungere atq; elimare: **cognitio**
 hac occasione vt vestris seruire cōmodis meq; patrie natum et amicis **nis.**
 ostenderent vos quas mihi habeatis grās quanti ve hunc sudorē estī
 meris nō magnificatio/ popularis aure parū cupidus. **Testes** erūt qui
 transcriptū a me emendatū viderint: q̄ta errorū mōstra inde abegeri
 atq; profligauerim: ita me de; amet hui; prouicie labores expertus i
 probissimos periculū feci non imerito cōmendari marcū valerū **pbū**
 vnice vetustatis amatorē: q; nouorū editioni operū non intentus vete
 ra contractis copijs emendare curarit. adiecti preterea in chartaz frō
 te dubiorū occurrentiū indices. **Subiunxi** eorū dē in calce operis rep
 torium quo q̄renti peruia ac sine labore cōspicua fiant. **Leterū** nemini
 vānandū videri cōfido si que labecula hos' codices adhuc pphanet: nā
 et me insciū ac non aduertentē modice macule legendo non difficulter
 preterierūt/ quod (n̄ rarius pfitēor) et nulla pōt diligentia effici: quī
 bibliopolarū in curia: cōpluscūli repullulent iam euulsi atq; eradicati
 errores nouiq; cōtrahantur: neq; tñ (si **Qarroni** credimus) pudor est q̄
 secto spicilegio festuculam reliquisse, **Qalete.**

labor re
cognitio
nis.

Ab. vale
rius pb;

Cfratris Johānis Oliuerij religiosi
Sancti Dyonisi in francia ad ciuilibus
discipline sectatores carmen.



Laudite cesares qui sacra volumina iuris
Discitis: et vigili voluitis vsq; manu
Plaudite nec studio caput excruciate perhēni
Amplius: hic tanti meta laboris erit
Ecce nouus redit interpres: certissimus auctor:

Quo duce ciuilibus sanctio tota patet
Ambiguos legum scirpos enodat: et astro
Lunca hyperioneo lucidiora facit.
Edipus est alter qui cuncta enigmata soluat
Sphynge noue quis excogitata forent
Ancipites casus sollerti digere arte
Iudicio minos: Dedalus ingenio
Saturnus tamen hunc qui deuorat omnia falce
Pulvere condiderat obrueratq; situ
Quem labyrinthis: erroribus intricatum
Et varijs gordi nexibus implicitum
Parisia exoniens nuper de gente matheus
Quo non ciuili tersior arte micat
Carcere de tristi theseo educere filo
Aggestus: magna laude peregit opus.
Quiq; prius fuerat fedus rugosus et asper
Esontio nitidus nunc cute more nitet
Hecnon cimerus iadudum obscurior vmbribus
Hunc clara radiat stella serena face
Hunc igitur nobis doctissimus ille matheus
Ut (quodam Alcides thesea) restituit
Pro quo perpetuus persoluens munere laudes
Gratatur tanto francia tota viro.
Nos quoq; nos illi multum debere fatemur
O vtinam meritis sint satis ista suis,
Finis.

Todoticus honno mus ex Ganda ne/
rinoꝝ Johanni alexādro. S. P. D.



On modica rerum scriptoꝝi

bus laudum preconiā immo eternitatem quoqꝫ iure optimo deberi mi Johannes semper existit maut : quum erummosas continuatasqꝫ vigiliās minime perosū : non sumno non luxu dediti : sed ad lucernam sui ingentoli vel a temperantes : posteritati quandoqꝫ consuluerint. Quid enim inter nos ac beluas discriminis foret : nisi sacre lētere nos anteacte vite certiores effecissent? Quis p̄terea de vero deo sermo? Quis heroum innumerabiliumqꝫ p̄cerum vnqꝫ mementisset? nisi viri et scientia et sacratissimis p̄diti moribus : zephyris fauentioribus latissimum variarum artium pelagus ad commune mortalium sulcassent cōmodū? Sed vt diuersorum varia ingenia. ita vnusquisqꝫ in suo diuersatus genere posteritati exemplum reliquisse p̄hibetur.

Sic et noster hic Johannes faber. in leges tam faustis (vt aiunt) fundamenta teci alitibus : vt primā merito inter cesarei iuris interpretes lauream reportauerit. Vbi enim alij verbosissimas usqꝫ cōmentariis iura interpretati sunt : hic adeo succinte : adeo lepide : atqꝫ breuiter singulas recollegit leges : vt quicquid longo garritu reliqui effutiuerint. id vel ex medulla nostri Fabri hausisse videantur : et demum alienis auriculis (vt satyrus infit) escas colligere. Quis itaqꝫ non gallie congratulandum censeat : que tam faustum tāqꝫ eruditum hunc educavit ciuem : qui iura canonica cum sacratissimis tandem optime quadravit et cōnexuit legibus? Parcam mihi Itali : longeuā suā non diffiteantur furta : et q̄tus galli (quos sub barbaro axe progenitos gloriatur) multo profundiore ingenio ac fauentiore (vt aiūt) minerua. In iuriū academiā eos excelluerint. in nostram tandem coeant sententiam.

Est enim fuitqꝫ semper gallia caudicorum nutricula : et que cesaree discipline satyrice teste Britannos fecit studiosissimos. Angelus ille arietinus mea equidem sententia in legibus peritissimis / et in institutionum libris haud mediocriter diuersatus q̄tum tamen acutissimo nostro debeat interpreti : videat vnusquisqꝫ legalis secte studiosus.

Quid preterea bonus ille abbas sculus noui attulit qd̄ nō ex Henrici nostri Boubic distinctionibus ac longis subter haussit lucubrationibus? Sed eorum impresentiarum vituā gāre furta : ac comparationibus uti : que fabio teste odiosissimū ad rem attinere duxi.

De fabri nostri breuiario ac doctis paucis loquamur epitomatibus. Johannes enim faber longevi erroris miseris ac tantas interpretū stomachatus ambages : causarum patronis vedum nouis legum tyrunculis tandem consulere voluit. Quibus in expeditionem aliquā (quam commissionem vocant) tendentibus totius legalis corporis opus fuit vectura. Commodissimam itaqꝫ iurium partem. id est iusti :

Laus
Jo. abte
uitate

Italoꝝ
furta.

Gallie
laus a iu
rium pe
ritia.

Utilitas
operis.

nianum multis lucubraturum vigilis vbi omnium furtum deciduntur
nodi aggressus codicem : eo temperamento vsus est. vt que superflua
essent refecanda duceret: z vbi plerisq; in locis a canonicis sanctioni-
bus leges (que sacros semper canones imitari non verentur) deuias-
rent: cum magno ingenij acumine ad concordiam reducere nisus est.
Felix itaq; tuum institutu non satis mirari possum mi Johannes que
Andegauensis schola sue non iniuria prefecti bibliothecae. Nam iter
cetera exquisitissima volumina in tuas manus quum hic fabritianus
codex incidisset: doctorum collegium aduisti. Impetratoq; imprimen-
di comateu notas adolescentium ingenijs appume accommodatas.
Torturarumq; ac questionum non solum repetitionem ornatisimam
sed z de insignijs et armis Bartholi tractatum exquisitissimum in eo-
dem deprehensa volumine non tam nummario questui q; communi om-
nium studiosorum utilitati inuigilans simul imprimenda duxisti. Hoc
ergo vbi viaticum legum studiosi accuratius reuoluerint alexadri sui
meminisse debebunt: neq; tante ingratitude nubo obduci: vt no
ad antidota sese obligatos ingenuae fateantur. Vale. D mi Johā
nes: z nos solita prosequere beniuolentia.

Repeti-
tio.

C famosissimi ac ce-
leberriimib' triusq; cē-
sure facile p'ncipis
Dñi Johānis fabri
Burdegalensis sup
Codice p'pēdioluz ac
enucleatissimū opus
Breviariū nūcupa-
tū mira facilitate at
q; breuitate luculēta
iuris ac p'actice p'clu-
siones accuratissime
perstringens.



Sanctos
pplos [quos]
suppōit & hic
qñ oēs p'pof
regit igatorz
satis p'z: qz i-
piū hylimites
J. dof. p'fec. p.

Impius
hylimites

afri. l. i. noie dñi. J. de sū d. limitro. li.
xi. p. totū. J. de pmer. z merca. l. mer-
catores. de eunu. l. ij. In feu. de pa.
iura. fir. cap. i. Et clare p'z extra de
sen. z re iudi. c. pastoralis i cle. Sed
opponitur qz impator est dñs toti⁹
mundi. ff. ad le. ro. de iac. l. de preca-
tio. J. de quadri. p'prescrip. bene a se-
none. Et imperiū processit a deo vt
p'eeset in t'p'alibus. in aut. quomo-
do opoz. epif. z cle. in prin. colf. i. de
fi. instr. J. qz igf. colf. vi. Et omnes
principes ei subsunt. vj. q. i. i apib⁹
Et oēs natiōes. xi. q. i. c. quicūq; J.
volumus. Et oīs puincie. lxij. di.
adrianus. Et oīa sunt in potestate i
peratoris. viij. di. c. quo iure. xxij.
q. viij. conuenior. Solutio. quidam
dicunt q' hoc pronomē quos: ponit
hic demōstratiue et multiplicatiue
cunctos quos. z sic dicit q' oīs re-
git. sic sumit. ff. de iusti. z iure. l. om-
nes populi. de legi. l. leges. de iudi.
l. qz. Sed tunc ob. cōcor. alk. Alij di-
cunt q' nō regit oēs de facto: sed de
iure debz oēs regere. nō tñ vult le-
ges suas extendi ad illos qui de fa-
cto nō obediunt vt hic. sed z his ob-
stat. d. c. pastoraf. vbi patet q' terra
ecclesie non est ei subdita de iure.

impator
an sit mū
di dñs.



Libris mēoria: variay
opinionū multitudo: li-
brozū quasi infinit⁹ nu-
mer⁹ q' vbiq; trāfferri nō
pōt nec qñq; videri/ ne-
gocioz frequēs occurfus: induxēt
me p'clusiōes glosaz z doctoꝝ iuris
ciuilis et (cū loca occurrerint) iuris
canonici in qbus cōsistit legis p'fe-
ctio quib⁹ parum aut nihil in facto
super codice qui sūma est succinct⁹
verbis omisissis disputationibus ex-
cerpere: in libello qui vna cuz textu
codicis referri posset faciliter i ma-
leta. Quē qz breuis et pro itineran-
te et negociante: et ab itinerante: et
negociāte et (vt plurimum) extra li-
brozū presentia factus est: iudicauī
breuiariū nuncupari.

libroꝝ
mānū
z hūm
Eōdendi
operis rō

Volunt-
nis nomē

Sed pōt respōderi q' sit speciale
in terra ecclie que a deo processit in
maiori potestate q' iperū. extra de
ma. z obe. c. solite. et ante fuit sū da-
ta in populo israelitico: q' imperiū
apud gentes. vt plene no. Anno. de
fo. cōpe. c. l3. Quidē ergo sū hoc q'
oīs subsunt de iure romano impe-
rio. Et hoc etiā probaf. qz certū est
tam p iura allegata q' p scripturas
et cronicas q' qñq; subiecti fuerūt.

Terra ec-
clesie pot
imperio.

A. iij

De summa trini-
tate z fide catholica: vt nemo de ea
publice cōtendere audeat.

Libri Primus

vt ptz. f. de offi. prefec. pre. afri. l. fi. etno. in feu. de pa. te. in prin. Si ergo aliqui dicant se exemptiones oportet qd hoc sit aut ex prescriptione/ et hoc nō est possibile de iure. f. de prescrip. xxx. an. l. cōperit. extra de prescrip. c. cū ex officij. Aut cōcessioez adhuc concessio nō ligaret successore. vt. l. digna vor. f. de legi. et nota plene in aut. quō opz epif. z cleri. in prin. super verbo generi. coll. i. Hācū imperator sit administrator: non videtur qd tñ possit imperio detrahere. ff. de of. procura. cesa. l. i. §. deniq. et hoc tenet hosti. in dubietate in. c. p. venerabilē. extra qd futij sūt legi. Sed Inno. ibi cōtra. cuius opi. videt vera. Unde forte quantum ad exemptionē: prescriptio non prodesse. Nichilominus cōsuetudo possit prodesse qd sine dubio est introducta ex tanto tps cursu cum acibus frequentibus qd dat iurisdictionem: vt scripsi. f. de emanci. li. l. i. Et ad hoc facit. ff. de iuu. l. sane. iuncta. l. fi. ff. de vfuca. p. Populus em̄ ad quez de iure cōi spectat electio z creatio pncipis: potuit dare ius regib⁹ quos creauit. Inst. de iure natu. §. sed qd pncipi. p. cum lege. ff. de orig. iur. l. ij. §. postea. z. §. nouissime. xij. dist. c. legimus. z. c. lex antiqua. f. de veter. iu. enu. l. ij. §. nichilominus. Et licite se exemerunt a potestate romanorū: que violēter fuit p Julium cesarem vsurpata. vt ptz per cronicas. Hāc licituz est cuiuslibet recuperare ius suū auctoritate propria: qñ per superiorē non potest. vt scripsi. f. vn. de vi. l. i. Unde quis imperiū fuit a deo institutū permissiue: popul⁹ tamen fuit auctoz z dispositoz. p. ll. pre dictas. et no. i. aut. quomodo opoz. epif. in prin. coll. i. Cū em̄ in dei opere ribus nichil sit irrationabile: nichil malū. si impatores fuissent dei depositioe istituti z nō p violētā vsurpafēr: nec tot mali tot inspicētes p fuisset bonis z sapientib⁹ qd scripture attestant p fuille: z scōs z sapientes trau-

cidasse. Restat ergo nō subeē vt de iure vel de facto. Et quicqd sit: apparet in illis qui resistent de facto: magnanimitas: in iperatores im potētia vel pusillanimitas: qui tantis tporibus ad subiectionē eos reducere nō valuerūt nec ius suum recuperare. ¶ Fateor tñ qm̄ imperator fundatus erat olim de iure cōi in oī orbe. Hodie vero cū diuisū sit imperiū dei permissioe: vt no. f. de stu. libe. romane vt. in rubrica. li. xi. z alij reges et pncipes per ppos cōstituti ad qd pertinet cōstitutio p pre dicta: et p pns destitutio. f. de offic. prefec. aug. l. ij. extra s hereti. c. cū ex iniucto i fi. de sta. mona. c. ea qd §. precipimus. extra de cap. mo. ca. p byteri. li. vi. nec credere imperatores fundatū eē s iure cōmuni extra metas suas infra quas ei obedīt. Quis hosti. cōtra. extra de offi. archi. c. dilecto. qd dicit qd imperator est fundatus de iure cōi: z nullus rex ali⁹ vel baro. immo nec psona aliqua ecclesiastica: nisi papa vel e ps. vt ibi plene no. Sed tu potes dicere qd libet qui habet territorū limitatū ab antiquo: sit fundatus de iure cōi infra metas eius: ad exercendū in qua libet parte ius qd in toto vniuersali exercet. ff. de ver. sig. l. pupill⁹. §. territorij: ad muni. l. qui ex vicio. de cens. l. forma. §. si quis agrum t tu. z cura. da. ab his. l. ius dandi. f. de decuri. l. diuuirū. lib. x. extra de prescrip. c. si diligenti. ¶ Immo s specu. oia censent teneri a dño territorij. i specu. de loca. §. nunc aliq. p. lxxxvi. p quo in feu. qbus mo. feu. a. §. fi. z videtur quasi expressum. vti qd. quo iure. ¶ Sed de papa nō est dubiū quin sit superior oibus xpianis: et in tpalibus et in spūalibus. vt plene probat hosti. in. d. c. per venerabile. p. paulus. et idem Inno. d. c. super pbo nō recognoscit. Et aliter probari pōt. nam cū papa sit vicarius dñi cuius est plenitudo: et quēst princeps principum et rex

Opera opio
no io. fa.

An licue
rit pplis
se ab ipio
eximere.

Impium
violēter
surrexit.

Doctrina
notabilis
s iuriditi
one dñoz

papa su
prior oib⁹
xpianis.

De summa trinitate et fide catholica. fo. 6.

regū sūm apostolū in prin. et cui da-
 ra est oīs potestas. **M**arhei. viij. **R**i-
 diculosus esset dicere quin in oībus
 spālibus haberet superioritatem et
 potestatem. **xij. q. i. c. precipimus.**
 cū oīs iurisdīto in vicariū transeat
 extra de offi. vica. c. quia. **f. de offic.**
 eius qui vi. alte. obtinet. **l. i.** **H**uic
 enim reperitur / q̄ dñs concedendo
 potestātē petro restrixit ad spūalia
 Nullus em̄ negare pōt quin Iesus
 haberet oīmodā supioritatē si exer-
 cere voluisset cū sit creator et sic dñs
 isti. de re. diu. **f. cū ex aliena. p. q. si.**
 et in pncipio geneſ. et vide extra de
 sen. **ep̄cōi. c. dilecto. li. vi. lxij. dis. c.**
 valentinianus **¶ Tñ** satis credo q̄
 papa non se debeat intrinittere de
 spāli iurisdītoe. Immo debet te-
 nere gladiū in vagina. nisi in casib⁹
 qui tangunt p̄iudiciū aīe vel iusti-
 cie subuersionē vel alias peccatum
 extra de iudi. c. nouit. de fo. compe.
 ca. ex tenore. de appel. c. si duobus.
 et d. c. per venerabilē. et e. ti. f. extra
 qui filij sūt legi. c. causam que. et ibi
 hosti. plene. et Immo de fo. cōpe. c. l3
 Ipse em̄ est loco illius q̄ iudicari ve-
 nit nō iudicare: non em̄ misit de⁹ fe-
 lium suū in mundū et c. **Jo. iij.** Item
 xvij. **R**egnū meū nō est de hoc mū-
 do Item. **Job. vi.** fingit cū vellēt eū
 regem facere. Item luce. **xij.** Quis
 constituit me diuisorē inter vos et c.
Unde clemēs. neq̄ em̄ iudicē neq̄
 cognitorē negotiorū sc̄larium hodie
 te ordiari vult x̄ps. **xi. q. i. c. t. c. qdē.**
lxxvij. di. c. i. Unde **Ber. ad euge-**
niū in li. de consideratōe. sterisse de
 niq̄ lego ap̄los sedisse iudicantes.
Quid ni cōtemnant iudicare d̄ ter-
 renis possessionib⁹ vel possessionu-
 lis hoīm: qui in celestib⁹ āgelos iu-
 dicabūt: Ergo in criminib⁹ non in
 possessiōibus potestas vestra. pp̄
 illa non propter has accepistis cla-
 ues regni celoz. p̄uaricatorū ex-
 clusui non possessorū. Non q̄ indi-
 gnū vos: s̄ q̄ indignū vos talibus
 iustitēre quippe potiorib⁹ occupati.

Item ap̄s. i. ad corinth. vi. Si enī
 in vobis iudicabit hic mūdus: idē-
 gni estis qui de minimis iudicatis.
¶ In casibus tamē p̄missis cum
 agitur de p̄iudicio aīe vel populū
 papa pōt et debet p̄iudicare. et si ne-
 cesse sit: quoscunq̄ reges deponere
 v̄l interdicere eis administratōē:
 et ex minori cā q̄ p̄iurato: cū eoz fa-
 tuitas vel malicia plus ledat. extra
 de sup. neg. p̄iela. c. grandi. **li. vi. de**
sen. et re iudi. ad ap̄lice eo. li. et vide
hystoriam q̄ no. extra d̄ elec. c. vene-
rabilē. cū cōcordan. q̄ notan. in. d. c.
grandi. p̄ archidiaconū. et vide In
no. d. c. l3 extra de fo. cōpe. xvi. di.
cum ad veruz. extra de vo. et voti re
demp. c. licz. in fine. Sic intellige / et
determina. qd̄ no. in aut. quomodo
opor. ep̄is. et cle. in pn̄. coll. i. Sic er-
go nota hic q̄ lex nō ligat nisi subie-
ctos de facto insti. de patr. pote. in
prin. Et idē in decretali s̄z **Ber. ho-**
sti. et spe. extra de cōsti. c. i. in spe. eo.
ti. in fi. p̄ro quib⁹ extra de iude. c. i
in cle. de diuoz. gaudemus Sed In
no. cōtra in. d. c. i. cuius opi. est vera
si hoc exp̄imat: alias in dubio obe-
dientes sūt. vt. d. c. i. et extra de sen.
et re iudi. c. pastoral. i. cle. ¶ Credo
tamē q̄ q̄uis leges nō ligēt nō sub-
ditos: q̄ p̄ eas debeāt iudicare. Itā
ecclesiā nō ligāt. extra de cōsti. q̄ in
eccliarū. x. d. c. i. et in negotiis
ecclesiasticis p̄ eas iudicare: si cano-
nes non repugnent. extra de iura-
calū. c. i. de cau. poss. et prop. c. ad. v̄l
timun. de no. ope. nūci. c. et in aut
quō opoz. ep̄is. et cle. **col. i. Que au-**
tem leges ligēt ecclesiam vel quas
admittat. no. plene hosti. extra de so-
lu. c. fi. vbi concludit q̄ leges ip̄era-
toris fauorabiles admittit alias ali-
orum principū non quantūcūq̄ fa-
uorabiles. dic vt ibi. ¶ Est argu-
mentū q̄ statuta non ligēt nō subdi-
tos. Itē nec cōsuetudines. Sup̄ quo
dic q̄ aut querit: vtrū extraneus li-
ges delinquendo: aut contrahēdo:
aut alias. p̄timo casu. aut sciebat

Papade
ep̄ali iuris
ditōe qm̄
se intro-
mittat.

Papap̄
reges de
ponere.

Leges s̄
ditos tm̄
ligant.

Etiam nō
subdit p̄ le-
ges iudi-
carī obēt

resolutio-
an statu-
ta v̄l sue-
tudines li-
gēt si sub-
ditos.

et dic ligari si delinquit in territorio
 ubi de cri. agi oportet. aut. qua in p
 uincia. Aut ignorabat. et dic q aut
 prohibitu per statutum vel consuetu
 dine erat a se illicitum: et ligat. Aut
 non. et non ligat. sic tenet de ff. de ac
 cu. l. si cui. §. p. ar. ff. de furt. l. vulga
 ris. §. si quis es. et hoc intelligit ia. de
 rauen. quantum ad vltim. membrum
 nisi verteret publica utilitas. nam
 tunc ligat ignorantes sem eum. ff. de of
 fi. prefec. vi. l. i. §. cura carnis Tu vi
 cas indistincte non ligari ignoran
 tes pena statuti: sed debere alias pu
 niri de iure communi. extra de constitu. c. vt
 aiaz. li. vi. Nisi esset ignorantia cras
 sa vel supia. vt ff. de decre. ab ordi.
 fa. l. fi. et corrige spe. t. de consti. qut
 no. contra. ¶ Sed an statuēs vel su
 perior liget statuto? Posti. q non. s
 archid. contra in d. c. vt animarū. qz
 non ligat sententia hois sed iuris et
 dic plene ibi et pleni⁹ extra de regu.
 iur. in regula cui is: in nouella. Vbi
 Jo. an. tenet contra archid. Illud aut
 nota q sententia excoicationis non li
 gat ignorantem. et vide p hosti. extra
 de sen. excō. c. nouit Et sic pot intel
 ligi. d. c. vt aiarū. li. vi. Et forte pos
 set dici secus in alia pena. De epo/
 non est vubiu. extra de sen. excōi. c.
 q: li. vi. Et per hoc pot dici etiā exē
 ptos ligari. extra de excep. pla. c. i. §.
 preterea in cle. ¶ In secōdo casu dic
 q seruat consuetudo vel statutū loci
 et tractus quo ad cause decisiones
 ff. de iur. l. si fundus. sed q ad ordi
 natione cause: consuetudo loci vbi
 agit. ff. de testi. l. iij. §. si. §. si. l. i. cum
 clericis. de iur. l. i. ¶ Vnde hic qd scri
 psi. ubi de cri. agi oportet. l. i. et hoc in
 contentiosa. sed idē videtur in volūta
 ria iurisdictione. ff. de eman. l. l. i. ¶ Itē
 dic q hoc casu consuetudo ligat igno
 rantes. sed restituant in integz: vt
 no. Inno. extra de consue. in rubrica
 Quid ergo si actio non oriat ex cō
 tractu: sed ex distractu: vt actio de
 dote? Dic attrēdi locū distractus. ff.
 de iudi. l. exigere. In tertio casu qñ

non delinquit; nec conuenitur ex cō
 tractu seu quasi: tunc aut statutum
 seu cōsuetudo concernit rē: sic q p
 rimus possit retrahere rem aliena
 tam tūc attrēditur consuetudo loci
 vbi res est. ff. de adm. tu. l. ticius. §.
 curatorum. et l. sine herede. §. lucius
 de tut. et cura. da. ab his. l. pupillo. §.
 de predi. mi. l. si pcediū. extra de de
 ci. cū sint hoies. §. de edi. pua. l. an in
 totū. et no. inno. de fo. cōpe. ca. postu
 lasti. ¶ Quid ergo si qd possessiōes
 habeat in vno loco vbi est statutum
 vel cōsuetudo sup. blado: et domici
 liū alibi: nunqd tenet seruare statu
 tū in rebus crescentibus in possessiō
 nib⁹ illis? Dic q sic. ff. de rei ven. l.
 fructus. de usufruct. l. si pendentes.
 Secus si tangerent mere psonalita
 tē. ff. de mu. et ho. l. numerū. §. psona
 §. de mul. et i. quollo. mune. l. vnica.
 li. x. Quis ergo iudex cognoscit de
 fractione statuti? dic q iudex rei si
 agatur reali iudex domicilij si per
 sonali. vt qz emenda sit pecuniaria/
 vt no. inno. in d. c. pastoralis. in cle.
 Et sem predicta intellige viij. di. que
 cōtra mores. et fa. extra de sen. et re
 iudi. ca. pastoralis in cle. Itē dic q
 non ligat subiectos extra territorij
 delinquentes. vt. d. c. §. inhiendo.
 Sed vide q cōsuetudo liget etiam
 non subditos. ff. de testi. l. iij. §. fin. s
 ibi non vicit ligari testes sed iudicē
 Quid ergo de illoq testatur in loco
 vbi est vna cōsuetudo de rebus alie
 bi positis vbi est alia? Dicas si sint
 diuerse consuetudines in modo tes
 tandi vt circa solēnitates: q atten
 ditur cōsuetudo loci vbi testat. per
 predicta ar. §. quēad. testa. aperi. l. ij
 Ar. contra. §. de testa. l. si non speci
 al. et l. fi. Sy intellige q ibi testaba
 tur in patria vbi erāt bona: et facit. d.
 l. i. §. de emāci. li. x. ff. de excu. tu. l. pe
 nul. Si vero circa diuisiones rerū et
 modos succedēdi: tūc puetudo loci
 vbi res sūt posite. qz ille pcernūt rez
 p p̄dicta. et hoc no. spe nō tñ figit pe
 dē. i. spe. de instru. edi. §. p̄p̄diciose. §.

Cōsuetu
 do frācie
 super re
 tractu.

Quis co
 gnoscet i
 fractione
 statuti.

Si testat
 qd in loco
 vbi ē cer
 ta p̄uetu
 do et reb⁹
 alibi sita

Statuēs
 vtrū liget
 statuto.

Si actio
 oriat ex di
 stractu.

qd si de p̄suetudie. z sententijs. §. q̄lit. §. itē pone. z sic seruatur de facto.

¶ Quid si q̄a tenet feudum infra finēs vni⁹ castellanie: vbi est vna consuetudo in succedēdo a dño alterius castellanie vbi est alia: z dñs h̄y om̄nē iurisdictionē in dicto feudo. cui⁹ loci cōsuetudo attēdet. Satis videt q̄ loci a quo tenet: cū cēsesā mēbruz illius castri z castellanie a qua tenet ff. de ver. sig. l. pupillus §. territorij. **¶** Br. cōtra. extra de rescrip. c. i. in clemen. Itēz quere hic de his que scrip si. §. vbi de cri. agi oport. aut. quia in p̄uincia in p̄bo queritur in fine.

¶ Queritur qd si quis forane⁹ deliquit vel cōtraxit in loco in quo quis non foritur forū rōne p̄tractus vel delicti de consuetudine: z cōuenitur in curia superioris illius loci vbi cōtraxit vel deliquit que v̄rif iure scripto: z in quo alias non teneretur respondere nisi rōne cōtractus vel delicti: nūquid attēdemus p̄suetudinem loci vbi cōtraxit vel deliquit: v̄lius scriptum quo curia supior vbi cōuenitur v̄titur v̄s loci domicilij rei. **¶** Potest argui p̄ et cōtra p̄ d̄icta. sed tñ nō videt dubiū qñ debeat respondere. **¶** Quid si quis contraxit in loco vbi est vna cōsuetudo: z submittit se coercionem alicui⁹ sigilli vel iudicis vbi est alia que attendet in l̄tis decisione. **¶** Videt q̄ loci sigilli: cū ibi videatur cōtraxit: z maxime quādo p̄trahit in scriptis. §. de fide instr. l. cōtract⁹. Sed videt p̄tra. q̄ ibi p̄cedit p̄ viā executionis. §. de exact. tri. l. missi opinatores circa medium li. x. **¶** Quid de doctore qui cognoscit inter scolares: Dic debere sequi ius: etiā quo ad ordinationem l̄tis. vt no. archid. de sen. excōi. c. romana. §. porro. li. vi. z in spe. de p̄stitu. li. iij. §. z sunt hec in argumentum.

¶ Quid de iudice appellationis: Inno. dicit q̄ seruabit cōsuetudinē litigantium vt no. extra de cōsue. in rubrica. **¶** Quid ergo si sint diuerse: Dic q̄ in ordinatione l̄tis seruat cō

suetudinē fori sui. In decisione l̄tis dic vt no. extra de testa. c. rapnūcius

¶ Quid ergo si appelletur ab aliquo loco vbi appellat sine scriptis d̄ cōsuetudine ad auditoriū vbi est appellandū in scriptis: Dic appellandū in scriptis. extra de appel. c. coradi. li. vi. i. p̄n. **¶** Quis ex hoc decidatur causa. **¶** Et idē dic si appellet in p̄ria vbi potest appellari infra. x. dies ad patriā vbi est appellandum statū: q̄uis ex hoc decidatur cā appellatōnis. extra de elec. c. cupientes. li. vi. no. extra d̄ offi. z po. iij. deleg. c. signi ficantibus. vide §. de appel. l. litigatoribus. **¶** Itē hoc non p̄cedit vbi appellat ab iterlocutoria lata sup ipsa l̄tis ordinatione. qz tunc opz inq̄ri an consuetudo sit vera fm̄ quā iudicatū est z illā teneri. qz z hoc ipsum in cā appellationis deuoluitur z i cognitiōe vt dixi. §. in materia consuetudinis. **¶** Et idē videt vbi quis obnoxius scholaribus q̄ est de p̄ria iuris scripti cōuenit p̄ p̄uilegiū corā p̄posito Parisiē. v̄ Aurelian. qui p̄nt illū trahere corā se de toto regno in cuius adiutorio est cōsuetudo q̄ p̄cedat ad diffinitiuā in cōtumaciā p̄ris z lite nō p̄testa. qz videt iterlocutoria. vt scrip si. §. de appel. l. litigatoribus. Sed ob. qz p̄suetudo ligabit sic nō subiectos. p̄tra. c. ij. de p̄sti. Item delegat⁹ nō d̄z seq̄ p̄suetudinē. vt. §. d̄f. **¶** Sz qd si nō debet emēda i curia a qua appellatur: sed in curia ad quā appellat⁹: Videt q̄ debeat. qz ex q̄si delicto i curia supiori p̄tracto debet. z illo mō videt q̄ ad hoc p̄herere ibi for. **¶** Curia tñ frācie suat contrariū. Sz qd si fiat executio. et sint diuerse p̄suetudines: vna i loco sit alia i loco vbi sit executio. q̄ attēdet videt q̄ cōsuetudo loci vbi sit executio. §. d̄ exact. tri. l. missi circa medium li. x. qd p̄t eē verū circa modū executionis. Sed si p̄ viā actionis petere executio v̄l fieret opposito sup qualis oriret: tūc videretur distinguendū. vt supra attendit ad decisiones:

¶ Si quis puenitur p̄ p̄uilegiū un corāz p̄posito Parisiē: vel aurelian. **¶** Cōsuetudo.

¶ In executione tērie que p̄suetudo seruetur.

¶ Doctor q̄ in scolares cognoscit.

¶ Iudex appellatōis que consuetudine seq̄

Liber primus.

Delegatus. an ad ordinationē litis rē. ¶ Quid de delegato? Glo. dicit q̄ seruet cōsuetudinem fori rei. xij. di. illud. vbi plene: Tu dic q̄ si sit datus ad inquirendum z reportandum, seruat quo ad ordinationes litis: sicut curie cui referre h̄z cum eius officio fungat. Si ad diffiniendū z cognoscendū. si ab ordinario: seruet eius stilum si a principe: ius scriptū. Et sic intellige notat. z all. dico. c. illud. ¶ Quid si sit consuetudo in reprobatione testium? Videf ad litis ordinationem. Vel quid si sit cōsuetudo in utilitate defectuum sicut in curia frācie? Videf ad litis ordinationes: Quis tñ ex hoc decidat causa. per alle. s. et sic intelliguntur notata z alle. in dicto capit. illud. ¶ Item quere a quo tempore ligent statuta? Dic plene de cōcess. preben. c. quia cunctis. lib. vi. [Clementie.] Dicit Seneca in ti. de clemētia principis. nullū clemētia ex oibus magis q̄ regē z principē vti decet. Sit pius in primis. nā cum vincamur in oī munere: sola deos equat clemētia nobis. Nec tibi quid liceat: sed quid fecisse decebit. Occurrat: mentēq̄ domet respectus honesti. ¶ Et illis claudiani. Sit pius ger ad penā princeps: ad premia velox. Et doleat q̄tiens cogitur esse feror. Et dic q̄ clemētia est tēperātia animi cum prāte vlciscendi. Et huic opponit crudelitas: q̄ est animi atrocitas in penis exigendis. nō autē opponit seueritas: cū virtus nō opponat virtuti. Crudelis autē est: q̄ causam puniēdi h̄z sed nō modū. Unde s̄m eū adhibenda est moderatio que sanabilia distinguit ab exploratis sciat. nec promiscuam nec vulgarem h̄re op̄z clemētia nec abscisam. naz tam oibus ignoscere crudelitas est q̄ nulli. Officiū em̄ principis est q̄ dāmodo parentis. q̄ obiurgare q̄sq̄ liberos: nō nunq̄ plaudere seu blandiri: nō nunq̄ minari solet. aliq̄n am mouere verberibus. sed plus est q̄ timet q̄ q̄ dānat. Hemo em̄ iustus

ad supplicia sumenda peruenit. nisi qui remedia p̄sumpsit. nec min⁹ turpia sunt principi multa supplicia: q̄ medico multa vulnera. Tunge. f. ex qui. cau. in fa. irro. l. z si feuerior. vbi scripsi. Et facit ad clemētia. f. de nup. l. imperialis. in aut. vt iudi sine quoquo sus. s. itaq̄. col. i. ff. de pen. l. respiciendū. [Volumus.] non dicit precipim⁹. qz null⁹ cogi⁹ d̄z. xxiij. q. v. ad fides. xlv. di. c. de iudeis. nisi semel recipiet. vt. f. in fi. l. et in epla victor. extra de bap. et eius ef. c. maiores. dic vt ibi. [Religio.] ¶ Religio d̄r a religo religas s̄m p̄p̄. qz per ipsam a ias deo religamus ad serutendū eidē z ex hac/ quilibet voluptatū continēs luxū/ dici pōt religiosus. Et imperator d̄r: religiosus. ff. de le. ij. l. vnū ex familia. s. fi. in p. he. isti. in prin. Habitus enim nō facit religiosus. Et scdm hoc forte plures sunt religiosi i seculari habitu q̄ alto. Unde iacobus. Religio autem munda z immaculata ap̄d deū z patrem hec est visitare pupillos z viduas in tribulatione eoz z immaculatuz se custodire ab hoc seculo. Nihil em̄ facit cappa que panicularia tñ protegit. z sub qua q̄sq̄ facinorosa facta mente discurrunt: sed bene viuere. Unde greg. in pastoral. i. ex amie iusti iudicis mutat merita ordinum/ qualitas actionū. f. qui z aduer. quos l. ij. Fateor tñ q̄ maximū est meritū voti z religiois / si bene seruet etem̄ omnem maculā abstergit. in aut. de mona. in prin. col. i. [Diuinū] Qui libet fidelis diuin⁹ est. vñ psalmista. Ego dixi dii estis z filij rē. [Declarat.] Nota ex hac. l. q̄ illa q̄ antiqui tus fuerunt ultra cursum hoīs vite/ sicut karolus vicit hispaniā: probatur per cōem insinuationē z relationē. ff. de re. du. l. fin. In li. de dona. s. i. z no. in spe. de p̄ba. s. i. p̄. z nota q̄ supra scrip. mod⁹ z facit extra de trāssa. episc. c. q̄to alias. i. Et id d̄z credi libris hystorialis. ff. de cada. pu. l. i. d. le. ij. legatis. s. pecorib⁹ vñ

Ad fide null⁹ cogendus.

Religio vnde est.

Religiosus q̄ sit

Gregorius.

Antiquitas quid p̄bet.

Libri hystorialis

antiquitas talis hys vim legis: vt ple-
ne no. hosti. iii. d. c. qto altas. i. Et
facit. f. de sepul. vio. l. pgit. Insti. de
adop. s. fi. imo talia q idubitate tra-
dit antiquitas: vt passio xpi z scroz
debent dici notoria. z no. spe. d. no-
cro. s. ia. ver. notozu facti. Itē illa q
scripta reperunt in libris auctētes
nisi sit ibi correctio. vt i phemio. ff.
s. illud aut. p. sciturus in fi. In aut.
de māda. pri. i. pri. coll. iij. z hoc pl^o
placet q illud qd no. inno. extra de
verbo. sig. c. veniens. Itē dic q quili-
bet debz credere sicut Romana cre-
dit et tradit ecclesia: quo ad articu-
los fidei. quo ad alia licitum est opi-
nari. nisi q ecclesia romana docet et
sequit. xi. di. noite. xij. di. c. nouit.
extra. e. c. firmiter. mel^o de cōse. di.
ij. c. ego berēgarius. [Pōrificem].
Nota q si quis interrogetur de fi-
de: sufficit respōdere q credit sicut
ecclesia romana. nec habz explicate re-
spondere de singulis articulis: hoc
nisi esset rector vel prelatus: extra d
sum. tri. c. i. per Inno. z hosti. [Spī-
ritus]. Quid diuersa significata. ex-
tra. e. t. c. i. lib. vi. [Infamiam] quō
ergo est testis. f. de hereti. qm: Glo.
dicit q infamis est ifamia facti: sed
hodie maior: vt in auf. gazaros. et
sic supponit q qui infamis est infa-
mia facti possit testificari cuius cō-
trarium no. ff. de sena. l. ij. Sed dic
q testificat min^o ei tñ credi. vt no.
ff. de carbo. edic. l. iij. s. due. De iu-
re vero canonico distiguit alio mō
vt: extra d testi. c. testiu. dicit ibi Itē
an ifamia facti remouet a pmoie
Dic q sic. vt extra de fur. c. fi. p In-
no. z vide. f. de nup. l. ipialis. extra d
sen. z re iudi. ca. cū te. p Inno. f. qui
ex cau. infa. irro. l. interlocutio. cum
multis si milibus.

Null^o hereticis [Pa-
rente] et filio vna inspirādo. extra de sum.
trupi. c. i. li. vi. [Arbitr] nō sic artan-
tur iudet. f. de iude. l. i. in synagoga.
[Reddatur] nota q oēs eccleie sunt

i dispositōe epi extra d reli. domi. c. ^{da}
de zenodochijs. Et ē argumētū q ^{Ecclie in}
p necessitate guerre barones si pnt ^{dispone}
eas icastellare nec cape. x. q. i. scroz ^{e pi.}
de imu. eccl. c. ecclia.

Nemo cleric^o &c. Dic
q nō licz publice vel priuati disputare d
fide catholica: in dubiū reuocando
steriata p sedē apostolicā. vt hic ex-
tra de cōstitu. c. i. imo q obstinate re-
sistit: heretic^o est cēfendus vt ibi no.
ber. z cōpos. S3 ad defendēdū fidē
tra hereticos: et ad defendēdū de-
teriata z cōfundēdū hereticos. ē li-
citiū. vt no. i no. extra. e. c. fi. S3 hoc
dic laici disputātes sūt ex cōicati. de
here. c. qēlqz. li. vi. z. e. t. c. sicut. z. c.
cū ex inuūcto. in antiquis. z vide ex-
tra. e. in rubrica.

De fide
an liceat
disputaf.

Laicis bi
sputare d
fide nō ly

**De sacrosā. eccle.
Arb^o & pūilegijs ear^z**

Quid sit de ecclesia dic extra de
verb. sig. c. cū clericis. de priuile. ca. p
ex ceptionē. li. vi. ne prela. vi. suas. c
querelā. de pte eccle. vel alta. c. i. in
glo. de elec. c. fundamēta. li. vi. p ar-
chid. An priuilegiū extēdat ad edī-
ficata post vide p z cōtra. f. de serui.
l. non modus. melius extra de sen. z
re iudicata. c. abbat sane. li. vi. z vi
de questionē in simili. extra de reg.
tu. c. q sentit. eo. li. i nouella. Itē an
q dat priuilegiū possit ipm reuoca-
re? Dic infra de iude. l. i. iustio.

Ab eat vnus qsqz

Alias habilis dic. f. qui te-
sta. facere possunt. et insti-
t. e. Item dic: dum tñ solemnitatē ser-
uet km glol. hodie tñ sine solennita-
te: si duo testes affuerint: vt extra d
testa. cum essent. Dic vt in spe. de in-
stru. edi. s. compendiose. ver. item
hoc ius. ifra de testa. li. vnus. [Con-
cilio] id est collegio clericorum: vel
monachozū secundū glo. **Quid**

In testa-
mēt^o duo
testes res-
quirūt.

Libri au-
tēntici.

ecclesia ro-
mana imi-
tanda.

De fide q
liter rñ de
re tene-
mur.

Infamia

Libet Primus

Sireliq[ur] si reliqua[rum] Plato. Dic q[ue] videt eccle-
 sie relictus. ff. de annua. l. i. annua.
 S. a ticia: nisi relinq[ue]re a prop[ri]o.
 extra de testa. c. req[ui]si. dic vt ibi.

Si legat[ur] ecclesie. **Quid** si eccle[si]e? Dic q[ue] valet. r[ati]o
 telligit de p[ro]p[ri]a. i. aut. de eccle-
 ti. col. ix. §. i. ff. de cōdi. et de. l. q[ue] p[ro]p[ri]a
 §. si. **Et** si sint due: dicūt doc.
 q[ue] nō valet. ff. de le. ij. §. q[ue] seruū. §.
 si iter. S; tñ pia legata nō viciātur
 p[ro]pter incertitudinem. §. ti. i. l. id[em] q[ue]
 p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a: ar. ff. de le. l. qui fi-
 liabus. §. fin. §. ti. i. l. si quis ad decli-
 nandam. **Quid** si legetur vni de
 collegio? Doc. dicūt q[ue] nō acquiri-
 tur ecclesie: q[ui] ille nō representat to-
 tum collegium nec totam ecclesiam
Quod est verum in illis qui possūt
 habere prop[ri]ū: secus i alijs. cum il-
 li totū acquirant monasterio. vt vi-
 debis. §. eo. ti. aut. ingressi. Item in-
 tellige hanc. l. vbi legatur collegio
 licito. nā si illicito. secus. §. de iude. l.
 i. §. de here. in si. l. collegiū. **Sed**
 an singuli capiant? Dic q[ue] nō nisi ef-
 fer legatū vt singulis. tūc enīz cape-
 rent nisi essent speciali rōne prohibi-
 ti. ff. de re. du. l. cuz senat[ur]. **Quid**
 si legatur eccle[si]e nondus significat[ur].
 Videtur nō valere. extra de sen. r[ati]o
 tu. c. abbate. li. vi. [Liberū]. **Quid** si
 fecerit testamentum z iurauerit nō
 reuocare? Jo. glosa decreto. dicit q[ue]
 potest mutare. xij. q. ij. fin. Spe. te-
 net contr[aria]. de instru. edi. §. compen-
 diose. p[ro]p[ri]a itē qd si iurauit. hosti. vi-
 stinguit. aut supuenit cā aut non: et
 d[icit] hoc p[ro] archid. extra de sepul. c. i. li.
 vi. **Prima** videtur verior. z illud. c.
 videtur supponere q[ue] valet reuoca-
 tio ex quo nō sepel[itur] in loco iurato.

Donatio i ter virū z
 v[er]o[rum] cū
 iuramēto
 Et idē credo de donatōe facta iter
 virū et v[er]o[rum] cū iuramento. et maxi-
 me si post transtulerit in aliū. q[ui] iu-
 ramentum non ipedit dñij transla-
 tionē. vt scripsi. §. de condi. ob cau-
 ca lege. Item quia prim[us] non hab[et]
 volūtate sup[er]u[er]ā. ff. de his qui. vt
 indig. l. cū quidā. de testa. mili. l. mi-
 les. §. veteran[us]. Satis tñ concederē;

q[ue] si viueret testator: ecclesia posset eū
 cōpellere ad reuocādū h[ab]z z tenēdus
 primū. extra de iureiurā. c. intellecto.
 Et hāc partē tenz Jo. an. q[ue] hoc ple-
 ne disputat: extra d[icit] re iu. c. qd semel
 li. vi. in nouella.

Nemo ap[osto]lor[um] [Se-
 dez] v[er]o dicit i eadē sepultura sepeliat: z
 nō h[ab]z istāriā. Vel dic q[ue] nec i eccle[si]e
 mart[ir]iū z tūc obtinet: nisi ep[iscop]o v[er]o ab-
 bates v[er]o laici fideles videlz sc[ri]ti v[er]o i
 dignitate p[ro]stituti. xij. q. ij. c. null[us] z
 no. hosti. de imu. eccl[esi]e. §. i. quacūq[ue].
 p[ro]p[ri]a h[ab]z nec Vel dic sedē: q[ue] nō d[icit] ibi
 iudices sedere. vide extra de imu. ec-
 cle. c. decet. li. vi.

Nemo martires [Id est
 martir] reliq[ua]s Szan valeat doatio
 nō credo q[ue] ad hoc vt ex ea agi pos-
 set. ff. d. p[ro]bo. obli. l. i. si stipulat[ur]. §. sa-
 crā. facit extra de re. z ve. sanc. c. ij. .

Donatio
 reliq[ua]r[um]
 an valeat

Nō plures [Concessa] p[er]
 hoc videt q[ue] ca-
 nonici et p[er]c[us]ores i eccle[si]is i q[ui] b[us] e-
 cer[unt] numer[us] canonico z nō gaudeat
 priuilegio. §. d[icit] apparito. ma. mi-
 li. l. si. lib. xij. z in au. vt or. p[ro]fec. v[er]o.
 in rubrica. col. v.

Expectā
 tes i eccle-
 sia in qua
 est certus
 numerus

Placet rōnabilis [Dic
 ho] die q[ue] si ecclesia habeat v[er]o acq[ui]rat rē q[ue]
 p[ri]mo fuisse[et] astricta alicui fuitio p[er]
 sion i censui v[er]o dñio certo: eccle[si]a
 agnoscat. §. ti. i. l. iij. ff. de mu. z ho. l.
 si §. ab hui[us]. Et idē dicit hosti. q[ue] con-
 tribuet vt aly v[er]o falli in q[ui] tuor cas-
 bus cōsuetudis regni frācie: si acq[ui]-
 siuerit rem feudalē. vt no. in sūma d[icit]
 immu. eccl[esi]e. §. a quibus. prope prin.
 z etiam Inno. de fo. compe. c. verū
 et sic intelligitur. §. de exacto. tribu.
 l. si. diuisa. li. x. §. ti. i. l. de his. xi. q. i. si
 tributum. Tñ vbi q[ue]s vult dare do-
 t[ur] clerici: ep[iscop]i non d[icit] recipere nisi sit
 liba extra d[icit] c[on]s[uetudinis]. c. i. cū notariis Ad a-
 lia Jo extra ordiaria n[on] tenet nec cle-
 siue idcent reb[us] siue p[ro]p[ri]is. vt ple-
 ne. no. host. i. d. i. z ino. e. ti. c. nō m[er]i

Rel on[us]
 ad eccl[esi]as
 transit.

Cōsuetu-
 do regni.

clerici q[ui]
 p[ri]uilegio
 gaudeāt

Et nus. z archi. e. ti. c. i. lib. vi. Clerici tamē cōiugati non gaudēt tali priuilegio. vt extra de cle. puiga. c. i. li. vi. Itē nec aliq̄ si negocijs secularib⁹ se immisceant z tercio moniti nō desistāt extra de vita z hone. cleri. cap. fina. de cleri. cōiuga. c. Johānes. z dic vt ibi. z. c. ex parte. Q̄nde notāt q̄dam ex hac. l. q̄ res ecclesie non cadit i cōmūm p̄pter cessationez canonis. d̄ quo. f. de iure emphi. le. ij. dic vt ibi Et vide dictū. c. nō minus de immu. ecclesi. Quid de hoibus ecclesie vel eoz familiaribus secularib⁹? Dicit archid. z io. mona. q̄ gaudēt priuilegio ecclie: vt nec collectā debeant. extra de immu. eccl. c. clericos. li. vi. z vide. c. i. e. ti. z. f. ti. i. l. ois. ij. eo. q̄ dicit de hoibus. f. de proxi. z prepo. sa. scri. l. in sacris scrinijs. f. si vero: ibi cum dicit: liberis colonis. li. xij. f. de aduo. diuer. iudi. l. iudemus. et l. restituende. Et idē de cōductorib⁹ f. de priuile. do. au. l. i. lib. xi. Videt̄ tñ q̄ ecclesia possit exigere q̄d p̄nceps non exigit. ff. de sta. li. l. si peculū. in prin. Et nota q̄ qñ princeps i dicit collectā vasallis: q̄ ecclesia tenet si tenet feudū ab eo sine mediate siue immediate minor tñ eo non potest indicere. vt no. hosti. i summa. f. a quibus. f. item hec sunt vera. Et quod supra dixi itelligitur in nō feudalibus: in q̄bus sunt priuilegiati: vt ibi no. z vide. f. no. vecti. ipo. non poss. l. i. z de ope. pub. l. oēs. Nota q̄ vbi duplex pena imponitur: spūalis z t̄pālis vterq̄ iudex punit. extra de penis. c. felicis. f. penul. li. vi. Sz cōtra extra de iudi. c. at si clericib⁹ de hoc: vt notat hosti. de fo. compe. vbi videtur tenere q̄ vterq̄ iudex potest punire sortilegia z talia. z vide. f. de accusa. l. si quis homicidij z in aut. vt in p̄ua. domi. in fi. colla. v.

Hoies ecclie familiares an sint p̄uilegiati

Quis sit iudex collectam.

Ad refectiones muroꝝ an tenent ecclesia.

dicit q̄ nō. q̄d est verū: nisi imminente necessitate: qz tunc ep̄s d̄s cōpelli. extra de imu. ecclie. c. puenit. dic vt ibi f. q̄bus muner. vel p̄sta. l. fi. li. z. f. d̄ operi. pu. l. ad portus. Itē vide. f. e. l. neminē. z extra de imu. eccl. c. non min⁹. z. c. aduers⁹. Et dic ad instructiones q̄ sunt repande vel de nouo edificadē. Q̄uis glo. hic videat̄ f. in aut. d̄ eccl. ti. f. ad hoc facim⁹ coll. ij.

Sacrosancta.

Extra de maio. z ob. c. i. li. vi.

Qui sub p̄tertextu [Dic tñ] qz non sunt nec exequūf. z est argumētū q̄ hñficiati q̄ nō bene studēt nō gaudeāt p̄uilegio. ff. ex qui. cau. ma. l. nōvitijs cū nota. Et ideo si ep̄s dispenset cū rectore curato q̄ possit ire ad studiū. nec teneat̄ facere se p̄moueri vsq̄ ad septimū annū iuxta tenorē. c. cū ex eo. extra d̄ elec. li. vi. videt̄ q̄ nō gaudeat dispensatione si nō studeat diligenter vide quod tāt ibi archid. [Qui surrogatur] si alibi erat canonicus.

Qui negligens studet p̄uilegium nō meref

Iubemus

hec. l. est de p̄bo ad verbū. f. de nau. nō excu. l. ij. li. xi. Et dic q̄ hec. l. loq̄tur tpe necessitatis. ne obstat. f. e. l. placet. Vel loq̄tur i casu specialit: q̄ ecclia nō gaudet p̄uilegio f̄ m̄lites vel transvectionē. z hec est p̄a q̄uis p̄mū veri⁹. Et no. hic i fi. q̄ delictū p̄lati nocet ecclie q̄d est vey quo ad possessionē. xvi. q. ij. placuit Ar. contra. f. vñ vi. l. memineri. dic vt ibi. Sed q̄ ad amissionē rei nō nocet vt p̄petuo amittat. vt no. inno. d̄ iureiur. ad n̄fam. de do. z contu. c. i. tex. est in feu. de capitu. corra. c. vñico. in fi. nisi oēs clerici deliquissēt. vt no. hosti. de ordi. cogni. c. cū dilect⁹ Et vide notata p̄ ino. de p̄uile. c. cū olim. ij. kd ad vitā suā nocet. vt. d. c. vñico de capi. cor. i. fi. z forte imperpetuum in mobilibus p̄ hanc. l. Al loquitur in casu specialit. vt. s. dixi. In quantum autē ecclesia tenet̄ ex

Delictus p̄lati vtz nocet ecclie.

Di innouatiōe facta per tyannos

Ad instructiones q̄ pia sūt opa

Itē an ad refectiones muroꝝ: Ho.

Liber primus.

Aut. Cassa irrita.

Ac etiam sunt excommunicati. extra de sen. excōi. c. nouit ⁊ vide extra de consti. c. que in ecclesiarum.

Aut. Ingressi.

¶ Hec aut. est canonizata. xij. q. iij. c. q. ingrediētibus. ⁊. c. nūc aut. ⁊ ple ne examinatur p Inno. in. c. in prese tia. extra de pbandōib⁹. Quid si qs ingreditur causa probandi: Dic bo na nō dedicari: nisi profiteatur taci te vel expresse vt hic no. et pater extra de regula. c. beneficium li. vi. ⁊ et ideo testari potest infra annum. vt plene no. archi. in. d. c. beneficium. ⁊ Inno. ⁊ Hosti. de testa. quia ingre dientibus. Et dic q in mendicanti bus non potest profiteri infra annū in alijs sic: vt extra de regula. c. non solum. ⁊. c. se. li. vi. ⁊. c. ad apostolicā in antiquis. Quid in dubio? Spe. dicit q psumitur pro nouicio. vt in spe. de sta. mona. p. lxxij. ⁊ sic pro cau sa probationis. vt pater in. d. c. non solum. nisi contrarium proberur. qd probatur sic expresse. professus sit. vl si triduo portauerit habitū professu rum (vt. e. ti. consuluit) intrando reli gionem. secus si in domo sua. extra qui clerici vel vo. c. insinuante. Idez intellige quando habitus sunt disti cti. vt extra. e. c. ij. in cle. ⁊ dic distin ctione apparet: vt ibi. Idē si nō sint distincti: dum tamen constat de eius scientia: vt. d. c. beneficium. Et vide plene extra de regula. in. c. starum⁹ ⁊. c. ex parte. ⁊. c. ad nostram. in anti quis. ⁊. c. non solus. li. vi. ¶ Quid si non sit ingressus/ sed uoluit ingredi? Dic non habere locum hanc aut. ni si professionem fecerit. in spe. de sta. mo. p. cxvij. Et dic q fecerit p fessio nem in manū abbatis vel de ei⁹ mā dato. vt. d. c. ad apostolicam. vel in manu monachi illius monasterij. vt in. d. c. insinuante. vel alterius reli giosi. vel episcopi. vl super altare. vt d. c. consuluit. vt no. archid. in. d. c.

Si qs re ligationem ingredit cā p badi

In du bio presu mit cā p bationis

Si uouit ingredi

Quisre cipiatur p fessiones

delicto prelati. dic per inno. extra de rescrip. c. edoceri. Et dicit quidam q propter delictū canonicorū nō pri uat ecclesia p uilegio. vt no. xi. q. iij. priuilegiū. Nec propter igratitudi nem eoz reuocat donatio. vt in spe. ti. de dona. §. i. p. q si aliq̄s baro: et i hac. l. uiderur speciale. Al' dic q hic deliquit totum collegium. An autē prelatus penā promittendo. obliget ecclesiā? Inno. q sic: si contrahat ad utilitatē ecclesie. vel si mos sit in re gione penā pmittere notat extra de pre car. c. ij. ¶ Quero ergo quō con sulec ecclesie quando rem amisit pro pter delictū prelati? Dic q agat suc cessor contra male administrantem vel eius heredes. extra de pig. c. iij. ⁊ ibi per Inno. f. e. l. iubemus. §. pco nomum. Item nota q prelati pōt renunciare priuilegio ecclesie. extra de prescrip. c. ueniens. ⁊ vide infra d diuersis rescrip. l. falso. Itē hoc ob tinet vbi prelati ecclesie erat pres sents. secus si familia tantū. ff. de pu blica. l. cotē. §. dñs. f. de fal. mo. l. i. vi de infra de diuersis rescrip. l. falso.

Reminē [Inter arripimus.] Adde hūc casum ad l. placet. ⁊ dic angarijs personalib⁹ per angarijs mixtis km glo. sed ita. di cit esse generalia noia cuiuslibet mu neris. f. de execu. mu. l. maximaruz li bro. x. de mu. ⁊ ho. l. fi. ff. de execu. mu. l. sunt munera infra. e. aut. cassa. Sz hosti. uidetur uelle q nec etiam ad hec teneatur: nisi princeps idicat ex causa. vt in summa de immu. eccle. §. a quibus. ver. ego puto. vbi tenet q hec iura omnia sunt correcta. Inno. de immu. eccle. c. non minus.

Priuilegia [Imperpetuū] Nota p illis q faciunt sua priuilegia pfirmari: sed tamē hoc non est necesse km doc. va let tamen: qz plus timentur. Itē qz nullus iudex inferior potest cogno scere: si fiat cum cause cognitione. ex tra de confir. vti. vel in iusi. c. i. ⁊. ij. de iudi. c. cum uenissent.

Delictuz canonico um.

Prelat⁹ penā pro mittens in obli get eccle siam. Qualit⁹ p sulit ecclesie q rē amisit ex delicto p lati.

Angarie ⁊ panga rie.

Confir matio p uilegioz qd opaf.

